

1 Admodum [R/de. Patri. In responsio ad romanam censuram libri pmi] ad nos missi, cognovi [simplicitatem tibi] propriam, neque in malam partem ac [c epi f]raternas admonitiones, de qua re gratias egi Deo nostro, et non parum crevit amor meus erga candidam, et purissimam animam R.V.

5 Addat Dominus cumulum ingentem ad divitias simplicitatis columbinae, quam ipse in anima vestra infudit. Ego jam perlego librum alterum, quem R.V. huc misit, et postea tradam censoribus ordinariis; et significabitur R.V. quid de eo libro, et de tertio censeant Doctores Romani. Ad ea, quae in literis suis adjunxit R.V. de multiplicatione

10 haereticorum, et haeresum, non habeo quod dicam, nisi gaudere me, quod istis habeat Dominus insignes Doctores, praesertim ex nostra Societate, qui belle Domini bellare noverint. Ego jam senui, agens jam annum septuagesimum secundum, et ignoro diem mortis meae, qui non procul abesse potest, et nihilominus tot sum in hac Urbe occupatio-

15 nibus impeditus, ut etiam si vellem, et junior essem, non facile possem adversus novos istos haereticos aliquid solidi scribere. Quare precor Deum, ut R.V./am et alios similes conservet, et alios subinde submittat: et meam senectutem, hoc est, infirmam, et deficientem aetatem precibus R.V. et aliorum Patrum, et fratrum nostrorum

20 commendo. Romae, die 12. Decembris 1613.

R.V.

frater, et servus in X^o

Robertus Card. Bellarminus.

(adresse): Admodum R/do Patri Pri Adamo Contzen Societatis Jesu.

25 (alia manu)

Moguntiam.

(CACHET)